



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Vis inferebatur canonibus per rescripta Romanæ Curiaë, aut per
Episcoparum judicia. Vtrique incommodo prospectum ab avo Caroli Magni
usque ad hanc ætatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

giosis Episcopum in loco restituit, dirigens etiam quosdam de Camerariis suis, qui exactis à Leoncio Episcopo mille aureis, reliquos juxta possibilitatem condemnarent Episcopos. Et sic patris est ultus injuriam.

III. Posteriora secula ut frequentiores canonum violationes pepererunt, ita etiam frequentius interpellatam Principis auctoritatem ad calamitates avertendas ex mediae ætatis scriptoribus & canonibus discimus. Etenim pessumdata per belli furiosos canonica disciplina, Pippinus ejus restauranda curam gerens, synodo in civitate Suesionis indicta anno DCCXLIV. multa constituit de Clericis, monachis, & laicis, & si quid contra tentaretur, animadversionem sibi, Episcopis, & Comitibus reservavit, id est, Concilio publico regni, quod recentiores Parliamentum dixerunt. Si quis contra hoc decretum, quod xxiiij. Episcopi cum aliis Sacerdotibus vel servis Dei, una cum consensu Principis Pippini, vel optimatum Francorum consilio constituerunt, transgredi, vel legem irrumpere voluerit, vel despexerit, judicandus sit ab ipso Principe, vel Episcopis, vel Comitibus; & componat secundum quod in lege scriptum est, unusquisque juxta ordinem suum. Disjunctiva illa particula *Vel*, hęc, ut frequentissimè in aliis etiam scriptoribus, pro conjunctiva *Et* accipienda est. ut componendi quoque verbum multæ solutionem significat.

IV. Sed quia canonibus & decretis in regno receptis vis poterat inferri, aut rescriptis à Romana Curia per obreptionem elicitis, aut parum cautis Episcoporum Gallicanorum judiciis, necesse erat his omnibus incommodis prospicere. Ac sanè Regum nostrorum & Ecclesiæ Gallicanæ studio, jam ab ipso Pippino, & Carolo Magno, usque ad hæc nostra tempora, variis sed opportunis remediis, pro rerum ac ætatum conditionibus, huic morbo consultum est. Primis quidem temporibus, Ecclesiæ Gallicanæ auctoritas in eo viguit, ut nova decreta diceret, & si quæ aut canonibus antiquis adversarentur, aut receptis moribus, consensum suum rebus novis non præberet; hæcque ratione, sine tumultu, & servata semper apostolicæ sedis reverentia, decretorum executionem impediret. Eo jure usæ est in causis Drogonis & Ansegisi. Drogo unus è filiis naturalibus Caroli Magni, Archiepiscopi Metensis titulo insignitus est, & designatus Vicarius apostolicæ sedis in Gallia & Germania, Sergij Papæ epistolâ, anno octingentesimo quadragésimo quarto. Eius causâ Regum Gallia & Germaniæ, quorum patruus erat, studiis impensè fovebatur. Sed quia prærogativa Drogoni collata Me-

vide lib. 6. cap. 29. §. 1. 4.

ropolitano honorem imminuebat, non consentientibus illis quorum intererat, effectum caruit. Negotium istud disceptatum fuit in Concilio Vernensi secundo: quod ad majorem conventum, & Episcoporum consensum, rem omnem distulit; his tantum verbis dolore repulsæ mitigato, si cui honor ille primatus deferri posset, ei potissimum convenire, qui & communione sacerdotij Episcopis & consanguinitatis privilegio Regibus sociaretur. Itaque prudenter Drogo ab ea prærogativa abstinuit, quam sine dissidio & schismate Ecclesiæ Gallicanæ obtinere non poterat; ut docet Hincmarus his verbis: *Quod affectu ambiit, effectu non habuit; & quod efficaciter usui, non consentientibus quibus intererat, obtinere non potuit, patientissimè toleravit; ne scandalum fratribus & consacerdotibus generans, schisma in sanctam Ecclesiam introduceret.* Illa ætate scandalis ratio habebatur, quemadmodum Decretalibus quoque constitutum vidimus libro tertio; ita ut ad defensiones vitandas, quæ ex canonibus violatis faciliè oriebantur, ab executione rescriptorum Romanæ sedis cessaretur.

V. Ansegisi Archiepiscopi Senonensis parcausâ fuit: qui gratia Caroli Calvi Imperatoris fultus, à Joanne VIII. primatum per Gallias & Germanias impetravit: sed in Concilio Pontigonensi non potuit consensum his novis rescriptis ab omnibus Episcopis Gallicanis extorquere. Aderant huic Concilio sedis apostolicæ Legati, & ipse Carolus Imperator, qui Episcopos urgebat ut de primatu illo & jussis apostolicis sententiam promerent. Illi juxta morem in Gallia receptum respondent, se Joannis Papæ præceptis secundum sacros canones & decreta Pontificum è canonibus promulgata parituros, id est, iis jussionibus faciles se præstituros quæ juri recepto non adversentur. Cùmque à Rege & à Legatis urgerentur ut purè, remota omni conditione, se obedituros huic primatui profiterentur, alii ab iis responsum extundi non potuit, exceptis Protario Archiepiscopo Burdigalensi, & Odone Belvacensi Episcopo, & paucis aliis, qui Regi hac in parte cesserunt. Aliquot diebus interjectis, interpellati iterum à Legatis singuli Archiepiscopi responderunt, *Quod veluti sui antecessores illius, id est, Joannis, antecessoribus regulariter obediunt, ita ejus decretis vellent obedire.* Vbi observanda est dictio illa *regulariter*, quæ idem significat ac prima illa formula, *secundum sacros canones, & decreta Pontificum è canonibus promulgata.* Tandem tertia vice conventi sunt à Rege & à Legatis, ut docent excerpta actorum illius synodi apud Aimoinum: *Iterum mota est interrogatio de pri-*

Concil. Vern. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Hincmarus 1. c. 50. 51. 52.

Vide Martini libro de Pontigonensi c. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Concil. Vern. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Aimoinus 1. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.